

Detrahitur 6175. de 6338, restant 163, de quibus iterum subducitur in fronte Tabula II. numerus 152, relinquitur à latere aureum numerum xi. Quoniam verò aureus iste in veteri Calendario Aprilis secundo congruebat, & Neomenia ab eodem iniens post decem dierum *αεφθρησιν* æquabilem in Iar transit, ac Paschalis esse desinit, numero illo currente idcirco in posteriori Tabula secundæ parte characterè investigandus est. Angulus communis, in quem aureus numerus xi. à latere, & à fronte numerus 152. concurrunt, habet characterisimum 2. K 1. Quia littera B posterior est quam K, ideo character Neomenia est i. In Tabula I, proximè minor numerus lateralis 6080. dat *αεφθρησιν* dierum xx, & cum aureo numero frontali xi. in angulo communi epactam habet I. Dies *αεφθρησιν* xx. de epocha veteri posterioris partis Tabula II, nempe XIX. Martii detracti, relinquent sedem Neomenia xxvii. Martii. Cyclus erit Solis x. littera Juliana B. Proinde Neomenia xxvi. Februarii congruit, & epacta castigatione non indiget. Anno itaque mdcxxv. syzygia prima, & secunda plenæ erunt ac tricenariæ, quod faculo isto sæpius accidit. sequenti verò cum ambæ epactæ II, & xxx. in usu erunt: illa cum aureo numero xi, ista cum xix, utroque numero currente, binæ semper syzygiæ plenæ continuabuntur. Anno mdcxxx. qui est Per. Jul. 6433, aureus numerus est xi, quo minor proximè in Tabula III. dat litteram C. reliqui sunt xi, qui in versu primo partis posterioris Tab. II. habent characterisimum ad aureum numerum xi, & epocham veterem XIX. Martii, i. Z 7. Quia B posterior est quam Z, character Neomenia est feria vii. In Tabula prima numerus proximè minor 6384. exhibet dies *αεφθρησιν* 21, qui deducti de epocha veteri relinquent sedem Novilunii in xxvi. Februarii. Cyclus Solis erit XXI, littera CB. Itaque Neomenia contingit Februarii xxvi, feria vii. cuius syzygia plena erit; necnon consequens, quæ Martii xxviii. inibit. Idem eveniet cyclo currente XIX. Quocirca alternis plenæ cavæque lunaris anni syzygiæ non erunt: sed prima & secunda xxx. diebus consistant contra hypothefin. Hoc verò ex pravo epactarum dispositu, & Computistica artis ignoratione commissum est; quod in Liliiano Calendario non accidit. Nulla enim Paschalis Neomenia amplius quam xxix. dies habet, ut antiqua ratio postulat. Nec illud prætermittendum est, ex quo Scaligerianus epactarum dispositus redargui, & Lilianus approbari possit: idem, quod in aliis ab eodem illo conditis Calendariis typis accidit, & in hoc postremo contingere, ut epactæ Novilunii ita respondeant, ut earum decimæ quartæ plenilunia plerumque biduo; aliquando etiam triduo præcedant; quod superiori capite x. probavimus, & nonnullis exemplis Clavii demonstrat cap. xviii. Calend. Gregor. Item illud quoque, quod in Scaligeriana hypothefi vitiosum habetur, intervenit, ut unius dumtaxat primi mensis epacta Novilunium medium exactè repræsentet; in reliquis mensibus uno die sæpius antecedit. In quo primum observanda est illius doctrina, quam præsertim in lib. III. Ifag. Can. capite III. proposuit. Epactas æquabiles conferre quidem ad Neomenias investigandas; sed non investigare ipsas, nisi quando non indigent castigatione. Non enim illa Noviluniorum, sed Novilunia illarum sunt regula. Nam quæ fuerit epacta primi Novilunii, ea per totum annum Novilunia reliqua designabit. Ut enim character Nilus est index epactæ castigata: ita epacta castigata reliquorum Noviluniorum index: &c. Mox: Nam quid Novilunium ostendit præter motum Luna? Ad medium igitur motum Luna characteres Noviluniorum exigimus. Quamobrem hoc methodus illa pollicetur, quod & necessarium esse decernit, ut epactæ characterum ope castigata Novilunia non in uno tantum mense, sed in reliquis etiam exactè referant. Audiamus rursus divini illius Chronologi responsum. Eodem capite ad Definit. III. Nulla, inquit, epacta vera est, nisi quæ indicat Novilunium. Sic igitur epacta ceteris in mensibus Novilunia media repræsentare debet; alioqui falsa; non vera fuerit. At qui vix ulla est epacta castigata, quæ in Martio Novilunium medium ostendat, quæ non in consequentibus plerisque syzygiis uno die præcedat; quod exemplo docetur. Anno Christi mdcxv. qui est Per. Jul. 6317, epacta castigata, & vera fuit ix, aureo numero currente ix, cyclo Solis xviii. Littera Dom. F G. Juliana. Novilunium itaque contigit Martii xxi. cuius character

Fig. 186. Ifag. Can. capite III. proposuit. Epactas æquabiles conferre quidem ad Neomenias investigandas; sed non investigare ipsas, nisi quando non indigent castigatione. Non enim illa Noviluniorum, sed Novilunia illarum sunt regula. Nam quæ fuerit epacta primi Novilunii, ea per totum annum Novilunia reliqua designabit. Ut enim character Nilus est index epactæ castigata: ita epacta castigata reliquorum Noviluniorum index: &c. Mox: Nam quid Novilunium ostendit præter motum Luna? Ad medium igitur motum Luna characteres Noviluniorum exigimus. Quamobrem hoc methodus illa pollicetur, quod & necessarium esse decernit, ut epactæ characterum ope castigata Novilunia non in uno tantum mense, sed in reliquis etiam exactè referant. Audiamus rursus divini illius Chronologi responsum. Eodem capite ad Definit. III. Nulla, inquit, epacta vera est, nisi quæ indicat Novilunium. Sic igitur epacta ceteris in mensibus Novilunia media repræsentare debet; alioqui falsa; non vera fuerit. At qui vix ulla est epacta castigata, quæ in Martio Novilunium medium ostendat, quæ non in consequentibus plerisque syzygiis uno die præcedat; quod exemplo docetur. Anno Christi mdcxv. qui est Per. Jul. 6317, epacta castigata, & vera fuit ix, aureo numero currente ix, cyclo Solis xviii. Littera Dom. F G. Juliana. Novilunium itaque contigit Martii xxi. cuius character

fuit, 3, 18, 518, feria iv. propter translationem naturalem. Additò continuè characterè mensis unius, inveniens eandem illam epactam uno die sæpius media Novilunia prævertere. Quippe character secundæ mensis erit 5, 7, 231, feria vii, Aprilis xix, cui affixa est epacta x. Character mensis tertii erit 6, 19, 1024, feria vii, quæ Novilunium respondentem habet epactam. At in iv. mense non congruit. Hujus enim character est 1, 8, 737, Junii xviii, ubi est epacta x. Sic mense vi. Novilunii character est 4, 10, 163, Augusti xv: at epacta castigata ix, posttridie. Sic in Octobri character dat Neomeniam die xiii, feria vii. Est enim 7, 11, 669, uno die ante epactam ix. Denique Decembris xi. Neomenia per characterem exhibetur, qui est 3, 13, 95: cum tamen epacta castigata sit in xi. Et uno verbo dicam: quantumlibet epacta castigata sit, semper alternis mensibus Neomeniam ex characterè deprehensam uno die morabitur. Hinc est quod Scaliger ipse lib. i. Ifag. Can. cap. III. Canone viii, ita præcipit: *Ubi cumque castigata reperitur, ibi est Novilunium civile, vel Æv, & v. Nimirum epacta illa castigata non perpetuè Novilunia vera repræsentat. Quod si ita est; frustra se, lectoris que sum per tot methodi sinus ac flexus fatigat; ut accuratas illas, & castigatas epactas inveniat: quas cum multo labore nactus fuerit, alternis ad summum mensibus ad hypothefin suam congruentes habeat: in reliquis uno die tardiores erunt Neomenia. Et quamvis in Paschali saltem mense epacta castigata Novilunio medio conveniat, tamen ille ipse, qui videtur methodi esse fructus, in vitium atque incommodum vertitur; dum exactè ille primi mensis Neomenia decimæ quartæ, sive Paschales terminos maturius, quam Ecclesiastici Canones ferant, exhibent; quo fit ut Pascha uno ante plenilunium die nonnumquam incidat.*

CAPUT XXVIII.

De epactarum dispositu in methodo Scaligeri, ejusque perturbata ratione, ac multis illius erroribus: tum Gregorianum *αεφθρησιν* lunaris tempus defenditur.

Quæ in ipso Calendarii Scaligeriani contextu universè reprehendenda videntur, capite superiori perstrinximus. Deinceps singulas doctrinæ partes tam in eodem cap. III. libri i. technicis Canonibus contentas, quam in libro III. cap. III. fusiùs enarratas, iisdem vel nugis, vel hallucinationibus implicatas esse demonstrabimus. Initium ab epactarum ordinatione fiet: quorum in explicanda ferie ridiculam *αεφθρησιν* ostentat; & interduo falso imperiteque nonnulla jactat. Scribit: *olim, antequam αεφθρησιν animadverterissent, per XIX. menses rem esse transactam, & in primo mense, puta Martio, aut Januario in anno Juliano, aut mense Theob in anno Diocletiano, epactam complemento suo respondentem apposuisse. Verbi gratia: in primo anno aurei numeri epacta seculo Nicæno erat vii. complementum est xxxiii. Ergo in xxxiii. Martii apponebatur unitas pro primo anno cycli. Secundo anno cycli, epacta Nicæna erat xviii. Complementum est xli. Proinde à regione xli. Martii apponebatur numerus II. pro secundo anno cycli. Hæc sunt falsissima. Nos libro proximè sequenti docebitur, Nicæno sæculo, & deinceps epactarum aliam fuisse rationem, quam ignoravit Scaliger. Neque enim aureo numero i. epacta vii, sed o vel xxix. tributa est. aureo item numero II. epacta xi, non xxiii. competebat. Hæc Dionysii, Bedæ, aliorumque Computi magistrorum sententia. Proinde verum non est, veteres illos epactam vii. ad xxiii. Martii diem apposuisse; & epactam xviii. ad xli. Martii. Nam aut nullas epactas apponebant: aut si quas adscriberent, erant illæ quas dixi. Ex quo alterum diluitur, quod fingit, epactas in primo mense ad complementum applicatas esse. Hoc enim supra confutavimus, neque eadem necesse est modo repetere.*

Porro numerorum aureorum ea in antiquo Calendario fuit ratio, ut sequentes ab antecedentibus octonarius addito formarentur; ac vicissim antecedentes à sequentibus, undecim adjectis. Cujus rei causam lib. vii. uberius exposuimus, & Clavii cap. ix. Calendarii Romani: quam hic brevissimè repetemus. Quoniam enim octo anni lunares totidem Julianos excedunt die 4, horis

hotis 12, 41' &c. ideo post annos viii. Novilunia ad eosdem dies non redeunt, sed uno die, & eo amplius morantur. Ideo post quemlibet aureum numerum proximè sequens octo unitatibus major est. Rursus post alios octo annos Novilunia biduo summovenda sunt, eo quod præter solidum diem *αεφθρησιν* lunaris post annos octo, horæ sunt xi i, quæ cum sequidie octonarii sequentis biduum componunt. Ex quo fit ut alternis in Calendario vacua cella post aureorum numerorum paria succedat. Præterea undecim anni lunares totidem Julianis breviores sunt die 1, horis 14, 8, &c. Itaque Novilunia post annos xi. unum diem anticipant, & aurei numeri anteriores undecim unitatibus inferiores excedunt. Cum autem epactæ in Liliiana forma per omnes mensium dies descriptæ sint, nec ullum vacuum relinquatur intervallum; accidit ut quæ aureis numeris *αεφθρησιν* sese consequentibus respondent, ex unitate tantum differant, & inferiores post annos octo proximo à prioribus die Novilunia repræsentent. quæ autem vacuo intervallo dirimuntur, binarii discrimen habeant. Itaque epactæ *αεφθρησιν* continua reddunt Novilunia; *αεφθρησιν* verò uno die separata. Hujus rei causam Scaliger esse putat distantiam unitatis, & binarii, quæ constituit duo genera epactarum *αεφθρησιν*, & veteres computatores relesit, qui cum de his intervallis disputant, dicunt hoc fieri, quia Octoas, & Hendecas lunares, quæ constituunt cyclum Enneadecætericum, proximè absunt à totidem annis solaribus. Atqui verissima est illa causa, quam veteres Computatores asserunt, quomodo à nobis explicatur: ea verò, quam huic anteposit Scaliger, frivola est, & principium petit. Hoc enim ipsum queritur, cur epactæ illæ *αεφθρησιν* verbi gratia unitate differant, *αεφθρησιν* binario. Cujus ratio alia nulla potest excogitari, quam illa Clavii: de qua plura qui volet ex autore ipso cognoscat.

Jam verò epactarum dispositio hanc præ aureis numeris commoditatem habet; ut in Calendario nunquam situm commutet; sed immobiles consistant; ea dumtaxat lege servata, uti post aliquot annos, pro eo ac dies annorum persequandorum gratiæ detrahuntur, superiores, vel sequentes usurpentur; quod accuratissime Clavii explicavit. At aurei numeri ultrò citròque in Calendario promovendi sunt. quæ causa fuit, cur damonato usu numerorum aureorum epactæ in eorum locum adhibita sint. Mutandarum epactarum causa duplex; altera *αεφθρησιν* *αεφθρησιν*, ob quam in annis C D triduum eximitur: unde post annos centum epactarum *αεφθρησιν* intervenit, nisi Luna rationes obsistant. altera, lunaris anticipatio; qui sic in Liliiana forma consulitur, ut post ccc. annos epactæ novæ fumentur; nisi Solis vicissim rationibus aliud exigat. Quæ quidem methodus elegantissima est, & à Clavio eruditissime tradita in Calendario; ut eo minus operam nostram desideret. Sed illud à Scaligero reprehenditur; quod lunarem anticipationem in cccxli. Julianis cum dimidio ferè consilari dixerit; à cyclo uno ad dissimilem: utputa ab aureo numero i. ad ix. Ipse verò per cyclos absolutos præcisè colligendam *αεφθρησιν* existimat. Sed in constituendo anticipationis tempore sibi non constat. Nam in lib. iv. de Emend. unius diei *αεφθρησιν* cyclos xviii. assignat, qui sunt anni cccxlii; quo spatio Luna diem solidum antevortit, cum horis o, 685. Judaicum enim lunaris anni quantitatem amplectitur; secundam quam post annos XIX, Luna antevortit hora 1, 485. At in Ifag. Can. annos ccciv. præfinit, qui sunt cycli sedecim; quod etiam in Elencho constituerat. Claviius porro in annis cccxii. & dimidio, cum diebus xxiii. horis xvii, unius diei anticipationem fieri contendit. Sed ut per centenos commodior, & tractabilior administratio sit, ita trecentesimo quoque anno epactas commutari jubet, ut cum duodeni illi excurrentes aliquoties distulati justam *αεφθρησιν* unius diei præficiant, non expectetur trecentissimum vertens, sed peræquatio ipsa repræsentetur. Etenim centesimo quoque anno Luna octonius horis anticipat. Post octies trecentos annos, & paullò plures, præter dies viii. horas etiam anticipabit octo. Igitur cum in annis mmdc, octies peræquata Luna sit; mutatis, quoad per Solis *αεφθρησιν* licuit, epactarum veribus; ducentesimo post anno vertente, hoc est anno mmdc, nova fiet mutatio. quoniam in annis mmdc. octo in super horarum est anticipatio constata; quæ cum ducentis aliis solidum diem componit.

Part. I.

Hæc *αεφθρησιν*, ac radi Minerva interim adumbravimus. Plura enim & exquisitiora Clavii noster in Calendario scripsit. Negari non potest, nisi à malevolis, & studio partium occæcatis, quin exæquatio illa solaris, & lunaris anni per centenos annos progrediens facior, ac parabilior sit, quam Scaligeriana, quæ fractionibus ac scrupulosis ratiociniis implicatur. Verumtamen contra lunarem illam *αεφθρησιν* in annis cccxii. objicit non eam consistare, aut deprehendi posse, nisi per cyclos absolutos decurrat. Quod in Elencho quidem obscure ac perplexè ita demonstrat. Esto epacta Dionysiana xi. aurei primi numeri, quæ Novilunium potest xx. Martii. Anno ccc. incunte, aureo numero ix. epacta jam erit x, ob unius diei *αεφθρησιν*. Novilunium in xxi. Martii. Ita differentia erit biduo. Cum enim epacta aurei numeri ix. est x, tunc epacta primi est xii. Ita, ut jam diximus, biduum aberit Novilunium anni cccxiii. ab epocha anni cccv. In his sanè joculariter hallucinatur, & præstigiis facit. Quando enim epacta ix. aureo numero ix. convenit; tunc epacta xi. tribuitur aureo numero i. quando autem epacta x. competit aureo numero ix, tunc epacta xii. imputatur aureo numero i. Ab anno ergo illo trecentesimo ad cccxii. usque aureus numerus i. habet epactam xi, & aureus numerus ix. epactam ix. Ut si annus primus illorum cccxii. habeat cyclum i. anni ix, xxviii. &c. præditi sunt epacta ix. Similiter & annus cccv. aureo numero i. affectus epactam obtinebit xi, si nondum epactæ promoventur. Annus verò cycli ix; id est cccxii. non jam epactam sibi vendicabit ix, sed x. Nam epactæ uno die post cccxii. annos ascendunt. Unde cyclo i. deinceps epacta xii. non xi. respondebit: velut anno cccxiii. Quare paralogismus iste manifestus est, dum bidui *αεφθρησιν* ab anno cccv. ad cccxii. intercessisse probat ex eo quod, cum anno cccxii. epacta sit x. aureo cyclo ix, & Novilunium incidat in diem Martii xxi, biduum abist ab epocha anni cccv, aureo numero i: eo quod huic epacta conveniat xii. quando aureo numero ix competit epacta x. Falsum est enim, quod asserit, annum cccv. epactam habuisse xii, cum nondum, uti dixi, mutata essent epactæ. Ideo veterem adhuc epactam retinuit xi. Ceterum inter aureum numerum i. affectum epacta xi. anno cccv, & aureum numerum ix. epacta x. præditum in anno cccxiii. æquatio, & epactarum anticipatio diei unius intervenit. quo fit ut Novilunium aurei numeri i. anno cccv. à Novilunio aurei numeri ix. anni cccxiii. uno die discrepet: deinceps verò biduo differant. Quippe *αεφθρησιν* epactarum prius in aureo numero ix. quam in i. contingit. Sunt autem aurei numeri i. & ix. *αεφθρησιν*: inter quos vacuum est in Calendario dies unus. Propterea biduo Novilunium aurei numeri primi alterum succedit. Quod si alios quosdam aureos numeros *αεφθρησιν*, puta xv, & iv. sumpsisset Scaliger; si annus primus ex cccxiii. haberet cyclum xv, Novilunium Martii xi ex: annus cccxiii. cyclo iv. Novilunium in eundem diem conferret. Verum an. cccxiii. cyclo xv. Novilunium ad xviii. Martii progrediretur, cyclo verò iv. in xix. Martii consisteret. Hæc ad futurum Scaligeri discutendum obiter attingenda fuerunt. Restat questionis caput. Nam illud saltem consequi videtur: à cyclo primo ad ix, interjectis annis cccxii, Noviluniorum *αεφθρησιν* uno die contingere; nedum *αεφθρησιν* spatio illo deprehendi posse.

Quam in rem exemplum illud asert in Canonibus Ifagogicis: Anno Christi mcccxi, cyclo Lune primo, Solis xliii, littera FE, Novilunium accidit feria vi, Martii xxi. Post annos absolutos cccxli, anno mdciv, cyclo Lune ix, Solis xviii, littera AG, Novilunium feria iv, eodem die xxi. Martii. Ibi nulla lunaris antecessio; quoniam cycli dissimiles inter se comparantur. Sed hæc argumentatio inutilis est. Nam *αεφθρησιν* lunaris etiam dissimilibus istis annis hoc modo constat. Cum enim nonno anno incunte, post cyclos absolutos, Novilunium uno die tardius incidat, quam incunte cyclo in aureis numeris, & epactis *αεφθρησιν*; biduo autem in *αεφθρησιν*: post illud annorum spatium, quo unius diei antecessio fit, hoc est post annos cccxii, nonno incunte anno, Neomenia unum diem in anteriora promotam vel in eundem diem incurrit, quo anno primo commissa fuerat; si aurei numeri & epactæ in Calendario vacuo nullo intervallo dirimantur, vel si *αεφθρησιν* sint, uno tantum die discrepat, cum biduo aliis differre debeat.

M m Quod

mensum apparet, in quo Januarii & Februarii Epactas illas descripsimus, quas habent, si Epactarum initium non à Januario, sed à Martio duceretur.

Diagramma duorum mensium, cum Epactis, cujusmodi essent si cyclus earum in Calendario à Martio, non à Januario inciperet in Lilianna forma.

JANUARIUS.			FEBRUAR.		
1	XIX	A	1	XVII	D
2	XVIII	B	2	XVI	E
3	XVII	C	3	XV	F
4	XVI	D	4	XIV	G
5	XV	E	5	XIII	A
6	XIV	F	6	XII	B
7	XIII	G	7	XI	C
8	XII	A	8	X	D
9	XI	B	9	IX	E
10	X	C	10	VIII	F
11	IX	D	11	VII	G
12	VIII	E	12	VI	A
13	VII	F	13	V	B
14	VI	G	14	IV	C
15	V	A	15	III	D
16	IV	B	16	II	E
17	III	C	17	I	F
18	II	D	18	XXX	G
19	I	E	19	XXIX	A
20	XXX	F	20	XXVIII	B
21	XXIX	G	21	XXVII	C
22	XXVIII	A	22	XXVI	D
23	XXVII	B	23	XXV	E
24	XXVI	C	24	XXIV	F
25	XXV	D	25	XXIII	G
26	XXIV	E	26	XXII	A
27	XXIII	F	27	XXI	B
28	XXII	G	28	XX	C
29	XXI	A			
30	XX	B			
31	XIX	C			

Manifestum est ex illa Epactarum ordinatione nihil tale consequi, quale Scaliger objicit. Nam à quacumque demum Epacta cyclus ordiatur, ultima numquam minus XIX. diebus occupabit.

Potro quod nos ita locuti sumus; quando Epacta verbi grati XXVII. cum aureo numero I. conjuncta est, respondere aureo numero XIX. epactam XV. id caute ac de industria fecimus; neque cum Scaligero diximus, quando cyclus incipit ab Epacta XXVII. vel XXVIII. Etenim quamvis quilibet aureus numerus cyclum decemnovennalem ducat, pro eo ac vicissim in locum alterius ad Kalendas Januarias, vel ultimum diem Decembris apponitur, Epactæ tamen dumtaxat duæ cyclum inchoare dicuntur; videlicet XXX. quoties in usu est: aut si Neomenia nulla in Kalendis incidat; Epacta I. quam ad Decembris ultimum diem adscriptam esse fingimus. Harum alterutra in omni cyclo decemnovennali prima censetur secundum Liliannam methodum; cum aurei numeri ultrò citròque promoveantur: ut Clavius cap. XVII. Kalendarij probat. Vult enim Enneadecaeteridos principem esse Neomeniam illam, quæ à Kalendis primi mensis incipit; aut si nulla per eum cyclum Neomenia in Kal. incurrat, succedaneam alteram esse, quæ à postremo die inchoatur.

Ex quo alterum in Scaligeriana ratiocinatione, & Tabula stupidissimum occurrit, quod annum primum cycli ab Epacta XXVII. inire dixit, ac tunc Epactam XV. ultimo anno cycli respondere. cujus in exemplum adfert annum MDCIII. aureo numero VII. & MDCXXI. aureo numero VII. præditum; quasi annus ille, qui aureo numero VIII. cum Epacta XXVII. est affectus, cycli primus in forma Lilianna dicatur. Quippe si ab aureo numero VIII. & Epacta XXVII. primum annum ordiare, decimus nonus ab eo cum aureo numero VII. epactam obtinebit XVII. non XV. Similiter cum aureo numero VIII. concurrat cum Epacta XXVII. aureus VII. epactam arrogat sibi XVII. non XVI. & sic in reliquis: ut ex Tabula epactarum expansa liquet; quæ est in cap. XV. Kalend. apud Clavium: imò ex Scaligeriana ipsa, quæ est Isagog. Canon pag. 14. Proinde non illud animadvertit; aliud esse de Epacta XXVII. aut XXVIII. aut alia qualibet cum aureo numero I. conjuncta loqui: aliud de eadem alteri numero respondente. quoniam epacta omnis aureo numero I. subiecta antecedente major est duodenario; reliquæ undenario dumtaxat. quod ipsum si considerasset Scaliger, non inepta concinnanda Tabula libidinum deberet. Mirè enim hallucinatus est, cum epactam æquabilem XV. cadere docuit in annum aurei numeri VII. quando epacta XXVII. incidit in aureum numerum VIII. & cum epacta XXVIII. cum aureo numero VII. jungitur, aureo VII. tribui epactam XVI. Quod vel Scaligeriana ipsa Tabula refellit. Vide Tabulæ istius versum 20, 21, & 22: ubi sub aureo numero VII. sunt epactæ XXVII. XXVIII. & XXIX., quas cum epactis aurei VII. compone. Præterea ad id quod agitur, hoc est ad Liliannam methodum coarguendam, inane est ac frivolum, quod annis MDCIII. & MDCXXXI. epactam illi XXVII. huic XXVIII. assignat. Hoc enim Lilianno typo refragatur. in quo omnibus istis annis epacta XVIII. tribuitur in anno castigato, & Tropico: in Juliano verò, XXVIII. Itaque Neomenia in Martii III. consistit, neque ad II. pervenit; uti Diagramma Scaligerianum exhibet: aut ad Kalendas ipsas. Atqui cum est epacta XXVIII. aureo numero VIII. congruens, epacta XVI. convenit aureo VII., quæ postremam lanationem tricenariam continet.

CAPUT XXX.

De inconstantiâ cyclorum lunarium, & mutationis Epactarum in doctrina Scaligeri Isag. Canon. pag. 190.

QUANAM ratione mensurans epactarum in Lilianno Kalendario dispensetur, ac quemadmodum ob lunarem æquabilitatem in anno Juliano, in Tropico verò, mensuratur, in antecedentia, vel consequentia promoveantur; ex iis, quæ supra differuimus, multoque magis ex Clavianis commentariis perspicuum est. In quo illud observari videmus, ut etiam si Lunæ mediæ motus adhibeantur, ad eoque, quoad per cyclum popularem

licet, Neomeniæ Paschales corrigantur, nihilominus haud adeo exactè ambæ inter se Neomeniæ plerumque consentiant. Quod tantum abest, ut vitio verti debeat, ut ea re vel præcipue Paschales decimæ quartæ, ac Dominicæ Nicæno Canonis, & Ecclesiæ consuetudini admissum congruant quod in Judaica, & Scaligeriana Neomeniarum anomaliam fecit accidit. Quod enim Neomeniæ accuratius ad media novilunia diriguntur, eò vitiosiores sunt decimæ quartæ: quorum habere rationem magis interest, quam Neomeniarum. Ad hæc popularem atque æquabilem cyclum & methodum conturbant scrupulosi illi noviluniorum epilogismi, ac regularum omnium, & Canonum repagula perfringunt. Vetus illa cautio est, quæ & à Computistis omnibus admittitur; in eodem cyclo Neomenias eundem non occupare diem. Hanc regulam Scaligeri sententia diacontemnit, & in unum eundemque diem diversorum ejusdem Enneadecaeteridis annorum Neomenias infert. Item cognita fideris utriusque æquabilis epactarum migratio certis annorum intervallis civiliter administrari debet; quibus nondum exactis, eodem in usu sunt epactæ. At Scaliger post annos XIX. sæpius Neomenias uno die antevertere, aut etiam pessum ire jubet, neque legitimam tempus exspectat; mōxque novo interdicto pristinam ad stationem revocat. Causa est Lunaris ἀνωμαλία: cui dum ἰσθαίκεος obsequitur, civili omnem rationem fœdissimè permiscet. Itaque nihil methodo ejus impeditur. Sexcentæ sunt cautivulæ ad extricandas Neomenias, ad quas solas, neglectis decimis quartis, imperitiosissimè respectum habuit. Sane quando bissextilis annus incidit, si lunaris annus ordinarius antecessit, Neomenia in Scaligeriana methodo sedem mutat, & in anteriora migrat. Si autem ἀνωμαλία sit annus lunaris in anno non bissextili, ἀνωμαλία Neomenia descendit. Itaque Isagog. Canon. pag. 190. regulas tradit, quandonam eadem in Enneadecaeteride Neomeniæ diversorum aureorum numerorum iisdem diebus accidant. Quibus nos trices, & molestiis Gregoriana methodus mira & expedita facilitate liberat. Est autem illo ipso loco Canonum Isagogicorum non omittenda, neque levis hallucinatio Scaligeri. Scribit enim mutationem epactarum fieri plenius interveniente bissexto; sed eam non esse μεταβάσιν, quia μεταβάσιν postquam facta est, nunquam restituitur, nisi quando locus fuerit bissexto. at illa mutatio citra bissexto fit in locum pristinum. Exemplum: Anno Christi MDCIII. Neomenia Adar Dionysiani, qui in Juliana forma Paschalis est, incidit in III. Martii, feria V., cyclo Solis XVI., numero VIII. Est enim character Adar illius 4, 20, 1009, feria V. Atqui anno Christi bissextili MDLXXXIV. eodem aureo numero, Novilunium idem consecutum est Martii II, feria II, cyclo Solis XXV. Littera ED; cujus character 2, 4, 414. Facta est igitur epactæ mutatio in consequentia post annos XIX. Hanc non esse μεταβάσιν ait Scaliger, quia post annos XIX, nimirum anno MDCIII, non interveniente bissexto, Neomenia restituitur in sedem propriam, nempe in III. Martii. Hæc ille, quæ sunt falsissima. Siquidem ex Tabula ejusdem, quam superiori capite proposuimus, manifestum est eodem cyclo VIII., Novilunia non in propria illa sede, quam III. Martii diem esse definit, consistere, sed ad II. redire; imò & ad Kal. ipsas. Est igitur desultoria, & inconstans methodus epactarum apud Scaligerum, minimèque proinde popularem ad cyclum utilis.

CAPUT XXXI.

Scaligeriana methodus Neomeniæ Paschalis anno Tropico illigata describitur, quam cap. IV. Lib. III. Isag. Can à pag. 202. præscripsit.

QUæ hucusque Neomeniæ Paschalis investiganda ex Isag. Can. deprompta Canonibus, & consutata ratio est, ea ad annum Julianum accommodata est; in quo ἀνωμαλίαν æquinoctiorum & antecedentia migratio locum habet, sic ut eodem die minimè consistant. Deinceps cujusmodi in anno Tropico, ac Lilianni simili esse debeat, in cap. IV. libri III. Isag. Can. explanat. In quo primum omnium longissimam de anni Tropici modo disputacionem ordiatur, ac variis inter se

comparatis formis, & ad accuratissimas æquinoctiorum ἀνωμαλίαι, quoad licuit, exactis, omnium aptissimam pronunciat Alphonfinam; nec ipsam tamen integram, quæ præter dies cccLXV. horas colligit 5, 49', 16". At Scaliger eam anni quantitatem adsciscit, quæ Periodo Tropica possit includi, hoc est Tetracosioeteride, ex quo fit, ut annus ab eo statuatur dierum cccLXV, 5, 49', 12", Alphonfino iusto minor scrupulis horariis 4". Hanc priorem Capitis partem, atque doctrinam lib. IV. diligenter examinavimus. Superest altera, quæ instituta à nobis hoc in libro disertationis magis est propria. Agitur enim de anni Paschalis castigacione. ut & Lilianna commendetur, & Scaligeriana, id quod revera est, absurda & inutilis habeatur. Quæ cum in Juliana anni forma fusè à nobis hæctenus ostensum fuerit, superest Tropica; in qua discutienda ideo breviores erimus, quod præcipua quæque, quorum ad hanc partem necessaria scientia est, jam in superiori ita declaravimus, ut hic minimè repetenda videantur.

Principio cyclus Tropicus à Scaligero conditus est pag. 204. quadringentorum annorum, ab eo diversus quem cap. V. primæ Partis libri hujus ex eodem descripsimus, quique Rationalis dicitur. In eo quippe cyclo bissextilis dies non quarto quoque anno, ut in Juliana forma, intercalatur; sed tum solum, cum ἰσθαίκεος annua solidum diem explevit. Itaque sæpe in annum quantum intercalatio diffunditur. Initium Tetracosioeteridis ab anno primo Christi Dionysiano ducitur; cui littera A. G. tribuuntur. Quo scilicet anno æquinoctium medium, ex accurata Tychonis observacione, secundum Alphonfinam anni rationem, incidit in feriam IV., hor. 2, 1', post meridiem, XXI. Martii Juliani, Alexandria. (Corr. xx. Martii.) Ideo Martii xx. accensendum est. In hac Tetracosioeteride bissextiles dies sunt xcvii. Tria quippe bissexta in totidem annis expungenda sunt. sed cum in annis cxxxii. unum eximatur, non tamen idem mutantur epactæ, ut in Lilianna forma, post annos centum accidit: verum post cccxxviii. dumtaxat annos fit ab æquabili epacta majore ad minorem transitus; propter ἀνωμαλίαν lunarem, quæ in totidem annis evenit. Accedit epactæ castigatio per characterem eadem methodo, quæ in Juliano administrari vidimus. Itaque ex characterè lunari Neomeniæ constituuntur. Methodi summa hæc esse potest. Primum anno Christi dato, aureus numerus investigandus est. Inde detractis quadringentis omnibus, eo, qui reliquus est, proximè minor numerus in Tabula Tetracosioeteridis Tropice, quæ est pag. 202. Isag. Can. in fronte quaerendus: residuum ad latus.

In angulo communi littera Dominicalis occurrit. Post eam æquabilis epacta in alia Tabulâ quaerenda, quæ est pag. 204. in qua anni primum per 228. collecti ad latus ponuntur: tum epactæ æquabiles singulis cyclis ἀνωμαλίαι respondentes. Annum igitur Christi datum requirere ad latus, aut eo proximè minorem. Is cum numero aureo in fronte descripto dat in angulo communi epactam anni illius, quem quaeris. Ea per characterem castiganda. Character ex doctrina Capitis III, quam nos supra Cap. IX. proposuimus, eliciendus est. Inventa feria per litteram Dominicæ jam repertam ad Julianum diem applicanda. Sunt autem epactæ illæ æquabiles Saracenicæ; eo quod multa novilunia in anno Nicæno & castigato in Aprili committuntur. (Saracenicæ autem epactæ ideo institutæ sunt, ut neomeniæ post xxx. Martii diem incidenti serviant; uti nimirum syzygia prima, atque Paschalis plena sit.) Quare postquam epactam castigaverimus, ea si in Martio mense Paschalis sit, hoc est si post VII. Martii diem incurrat, pro Saracenicæ fumes alteram Romanis characteribus perscriptam, qua cum illa conjungitur. Ita Neomeniam habebis. Exemplum. Quaratur Neomenia Paschalis anni Christi MDCXXIV., aureus numerus ex doctrina superioris Capitis Scaligeriani à nobis exposita, erit X. Detractis quadringentis, quoad licet, residui xxiv. in Tabula Tetracosioeteridis investigandi. Littera Dominicalis erit G. Character ex methodo Cap. IX. supra à nobis explicata erit IV. epacta per Tabulam epactarum Saracenicarum ex laterali proximè minori 1596, & aureo numero frontali X. in angulo communi deprehendetur II. Saracenicæ, quæ in Martio Paschalis est. Videamus utrum in feriam IV. conveniat. Littera Dominicalis est G. Igitur epacta Saracenicæ II. in Martio cadit in feriam III. proinde castiganda, & pro ea sumenda epacta Romana IX. ad XXI. Martii. Ita XXI. Martii

Martii Neomenia Paschalis continget anno MDCXXIV. tum prima est Tetracoseteridos Tropica æquinoctialis; Sed Scaligerianas Tabulas hic præstat adscribere: quæ altera epactarum Saracenicarum.

TETRACOSIETERIS TROPICA ÆQUINOCTIALIS A PRIMO anno Christi Dionytiano. Table with columns 0-380 and rows 1-20 containing letters A-Z in a cyclical pattern.

TABULA EPACTARUM SARACENICARUM ad annum reformatum, sive Nicanum accommodata.

Table with columns for years (Anni Christi) and rows for epact values (0-27). Includes a vertical label 'Aureus numerus' on the right side.

CAPUT XXXII

Elencus doctrina superioris de Paschali Neomenia in anno reformato deprehendenda.

NON ea retractabimus hoc loco, quæ contra lunaris Neomenia cyclum annorum CCXXVIII. definitum à Scaligero, disputavimus lib. IV. ubi Neomenia, & inconstantiam illius doctrinæ redarguimus. Videantur quæ ibi subtilius discussa sunt. Nos methodum dumtaxat investigandæ Neomenia Paschalis, de qua nunc agitur, examinabimus. Ac generatim quidem isdem illa reprehensionibus obnoxia est, quas in superiori contulimus: veluti quod epactas ad characteres Judæicos exigat; ex quo vitia multa propagantur, de quibus satis actum est supra: quod popularem atque æquabilem, & deus regis epactarum dispositionem non habeat: quod vetera omnia Computistarum decreta negligat; & alia nonnulla peccata, quæ suis locis detecta sunt. Alia sunt postrema illius propria; quorum primum hoc accipit. Bisextilium annorum ordinem à Julio Cæsare sancitum, & ab universo penè orbe jampridem receptum temerè nimis abrogat, & inæqualem illam intercalationem anteponit, quæ in quintum annum interdum bisextilium rejicit. quo quid vanius excogitari potuit? An enim Julianum annum ex usu hominum eximere, ac Tropicum illum substituere voluit, aut id se consecuturum putavit? Hoc verò risu potius, ac ludibrio, quam serâ aliqua consultatione dignum. An Julianam quidem formam, ac bisextilium annorum ordinem usui populari reliquit, præterquam in certis annis, qui sine bisexto transigendi sunt, ut in Gregoriana contingit: verum Tetracoseteridem illam suam arcano, & operante velut anno commisit, ut ex ejus descriptione tempora castigentur? Atqui hæc se excusatione tueri non potest; quandoquidem nullam aliam Politicam anni Paschalis dispositionem explicat, in qua per quadriennia bisextiles discurrant. Deinde cum ex Tetracoseteride ista Dominicas litteras peti jubet, necesse est, ut hanc solam vulgarem ad usum exhibendam existimet. Accidit autem in illa sæpius, uti litteræ Dominicales non solum à Julianis discrepent, quod & in Liliiana cernitur, eaque cui nos hodie consuevimus. (Nam Julianum cyclum nuper antiquavimus.) sed & ab omnibus quorumcumque cyclorum litteris, qui usitam per quadriennia bisextilium intercalationem retinent, nisi in paucis annis, qui ἀνιμολογος sunt. Sit exempli causâ annus Domini MDCXXIV. Ex illa Tropici anni Tetracoseteride littera colligitur G, character Neomenia 4, epacta castigata Saracenicæ x, Romana ix, Neomenia Paschalis XXI. Martii: decima quarta Apr. III. feria tertia. Pascha itaque Aprilis VIIII. At ex altera methodo anni Tropici ejusdem Scaligeri supra tradita, cum litteræ Dominicales in cyclo rationales, quemadmodum & in Liliano, sint GF; feria quarta cadet in XX. Martii; Pascha Aprilis VII. celebrabitur. Nam & in anno Juliano convenit Martii x. unde καὶ τῆς εἰκοσῆς dierum x. in Martii vicefimum prolabitur: uti cap. IX. proxime superiori docuimus. Non solum igitur sibi ipsi contradicit, dum ex ejus regulis duo ac diverfi dies eidem sequentis anni Paschati tribuuntur; sed etiam ridendum sese præbet omnibus, qui alias ferias, aliâque bisextilium annorum seriem Christianis obtrudit quod toties eveniet in hac Tetracoseteride, quoties diversas à communibus litteras exhibebit, ne in exemplis singillatim explicandis longiores simus.

Notitia de intercalatione Scaligeri

Jam hoc quale tandem est, quod in Tropica Periodo intercalari vetat, antequam dies integer exhoris & scrupulis collectus fuerit? Quorsum adeo scrupulosa & exacta ratiocinia, ubi cyclo opus est aliquo, qui Dominicales litteras commoda quapiam, & tractabili ratione præscribat? Nam si momentum ipsum æquinoctii caelestis observari attinet; non in certo mense, putâ Febuario, vel in fine anni Tropici sedes illius collocanda; sed quemcumque in diem, horamve illius epilogissimi desunt, ibi erit intercalandum. Quod si tanta intercalationis ἀνωμαλία minime ad hoc negotium convenit; non magis Scaligeri supersticiosa illa diligentia probatur. Nisi verò in lunariibus ψυφισμῶν ferie mutationem tamdiu sustinet, dum solidus dies exereverit.

Atqui ex Judæicis ratiociniis quoties XVIIII. horæ collectæ sunt, dies solidus imputatur. Mensis quoque lunaris nonnumquam prius inferitur, quam integer conflatus sit. Multo ergo minus in cyclo populari tam limata & subtilis ἀγίθνα locum invenit. Præterea Tetracoseteris illa Tropica, & bisextilium in ea dispositio, ex anni quantitate pendet, quæ æquabilis est, ac media, & Alphonina minor scrupulis horarum 4. Nam Alphonina integra si usurpetur, ecce annis præcisè contineri nequit. Quamobrem post aliquot annorum millia, si accuratam Alphoninam amplectimur, alia Tetracoseteridos & bisextilium conformanda ratio fuerit. Imo verò, quia contra quàm Scaliger temerè docuit, anni Tropici modus non idem semper, sed aliàs minor, aliàs major est, novi ac discrepantes identidem cycli describendi sunt litterarum Dominicalium; quoniam bisextilium eadem in omnibus ordinatio esse non potest. Ita continget aliquando uti tertio anno, aut contra sexto bisextus intercaletur. Proinde futilis est, & absurda bisextilium dierum administratio, quæ æquinoctialium cardinum momenta rimatur; cum id ea, quam sibi proposuit, methodo consequi non possit.

CAPUT XXXIII

De mensis unius pro altero substitutione, quam ἀνικανισμῶν appellat Scaliger, deque ejusdem inconstantia.

ANUS Tropicus lunari major est, uti ab Juliano superatur. Quo fit ut post aliquot annos Neomenia in consequentia pessum ferantur, & à veteri epocha discedentes in alium Tropicum mensum paulatim transeant. Scaligeri canon est iste, ut quoties ἀνικανισμῶν dies collecti cum epocha veteri Noviliani triginta superant, fiat ἐκβολὴ mensis lunaris veteris, & ἀνικανισμῶν antecedentis: ut si exempli gratiâ pro Nisan Adar usurpetur. Aureo numero currente VIIII, Nisan Nicanus aliquot post Concilium sæculis in Aprilis cœpit. Numerus enim iste ad v. Apr. adscriptus erat. Adar verò Nicanus in Martium cadebat. Nam aureus numerus VIIII. ad VI. Martii diem appositus fuit; cuius decima quarta in XIX. Martii. Post annos à Nicæna Synodo circiter ducentos, æquinoctium XIX. Martii diem occupavit. Tum igitur Neomenia numeri aurei VIIII. in Martio Paschati idonea esse cœpit, ac paulatim & aliæ duæ, XIX. & XI, quæ hætenus in Aprilis confliterant; prout æquinoctiorum ἀνιμολογος ad anteriores sese dies extendit. Est enim celerior æquinoctiorum, quàm Noviluniorum anticipatio, ut alibi dictum est. Igitur aurei numeri tres, XI, XIX, VIIII, Adar Dionysianum in Martium, Nisan in Aprilem conferebant. Postea Nisan Paschalis esse desit. Nam anno Christi MDLXXXIV, aureo numero III, Neomenia à v. Apr. ad ejus Kalendas transit. anno MDLXXXVII. ab Apr. II. ad Martii XXXIX, cyclo XI. anno MDCXCV, cyclo XIX, ab Apr. IV. ad XXXI. Martii. Adarim verò totidem numerorum partim ad Februarium discessionem fecerant; ut aurei numeri XI. à III. Martii die ad XXVII. Februarii: partim ad Martii antecedentes dies: veluti aurei numeri XIX. Adar à v. Martii ad ejus Kalendas. item aurei numeri VIIII. à VI. Martii ad secundum. Quoniam ergo æquinoctium ad XI. Martii pervenerat, ideo trium illorum numerorum dumtaxat Adarim Paschales erant, quorum decimæ quartæ post æquinoctium incidebant. Nam aurei numeri III, qui ad Kal. Martias erat, Neomenia in Februarii xxv. migraverat, ejusque decima quarta in x. Martii cadens nondum Paschalis habebatur. Proinde in tribus illis cyclis fiet ἐκβολὴ Nisan, & ἀνικανισμῶν Adar, quoniam ille in Tauronem, hic in Crionem incurrit.

Scaliger de hac ἀνικανισμῶν differens multa suo more Ifag. Can. garrir ἀνικανισμῶν prorsus & incondita. Nam & Lilio Clavioque haud merito quidem insultat ob Pascha anno MDCIII, & MDCXCVIII; & multa superiori doctrinæ contraria decernit. Triplex genus est terminorum Paschalium docet: primum quod ante Plenilunium incidit, quando Neomenia ab jugo procedunt: secundum quod in Plenilunium incurrit; cum δὸς φάσγανος ordiuntur Neomenia: tertium quod Plenilunium sequitur.